

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Rusiae Prussiae Mazoviae &c. Dominus et Haeres. Significamus tenore presentium Universis Quia singulare in virtutem et in rebus agendis dexteritatem Magnifici Spithbonis de Tarnow Castellani Fawichostere sincere nobis dilecti multis argumentis exploratum habentes, quibus Nobis et Republicae Regni nostri, plurimum est condonatus, cupientesque horum intuitu illum nostrae Regiae Munificentiae dignis ut par est prosequi favoribus et ad futura nostra et Republicae servitium, clariorum et propensiorum efficere ipsi Officium Thesaurarii Regni nostri ejus virtutibus dignum per Mortem Magnifici olim Nicolai de Szydłowice Castellani Andorniriensis vacans dedimus et contulimus, damusque et conferimus gratiose presentibus Literis nostris ipsum in Thesaurarium Regni nostri possidendo. Quo circa Vobis omnibus et singulis Dignitariis Officialibus ceterisque Subditis committimus et mandamus Eundem Magnificum Spithbonem de Tarnow pro vero et legitimo Regni nostri Thesaurario habentes, ipsi de loco et proventibus ad prefatum Officium Thesaurarii antiquitas spectantibus seu quomodolibet spectantibus respondeatis et per eos ad quos pertinet responderi faciatis pro gratia nostras. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio Literarum. Actum et Datum Cracoviae Feria Quarta proxima post Dominicum Judica Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Secundo. Regni nostri Anno Vigesimo Sexto Felice Reverendi in Christo Patris Domini Petri Episcopi Cracoviensis et Regni Poloniae Vice-Cancellarij—

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*